

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Cupiditas z
cum fonte primo

Ex eo quantum cuique satis est,
metiuntur homines diuiciarum modum.
Filiam quis habet, pecunia est opus,
duas maiore, plurimas maiore eciam.
Si, ut aiunt Danaum, quinquaginta sint filie,
tot dotes magnam querunt pecuniam.
Quantum enim cuique opus est, ad id accommodatur,
ut ante dixi, diuiciarum modus.
Qui igitur non filias plures sed innumerabiles cupiditates habet
que breui tempore maximas copias exhaurire possint.

Seneca in quadam epistola.

Etenim ex eo, quantum cuique satis est,
metiuntur homines diuitiarum modum.
Filiam quis habet, pecunia est opus;
duas, maiore; pluris, maiore etiam;
si, ut aiunt Danaum, quinquaginta sint filiae,
tot dotes magnam quaerunt pecuniam.
Quantum enim cuique opus est, ad id accommodatur,
ut ante dixi, diuitiarum modus.
Qui igitur non filias plures sed innumerabiles cupiditates habet,
quae breui tempore maximas copias exhaurire possint,
hunc quando ego appellabo diuitem, cum ipse egere se sentiat?

Marcus Tullius Cicero, *Paradoxa Stoicorum*, 6.44
(J. Molager ed., p.125).